Nummario Hebraeis, Graecis, Latinis & Germanicis verſibus variegato, Joh. George Hanfft/ *Bibra-Fr. vid. progr. R. XXVIII.*

II) d. 30. Sept. 1700. in Geographiam figuratam. α) *de Geographia figurata orationem & ſupremum vale variis, etiam Orientalibus, metris, & Genethliacum carmen in Principem Cizae recens natum dixit* Chriſtian Gottlob Pietzſchmann/ *Bud. Luſ.* β) *de Geographia diſſeruit* Henr. Chriſtoph. Raupp/ *Dorndorf. Thur.* γ) *Adiecit ſuam valedictoriam de controverſia, quae inter eruditos & milites eſt,* Joh. Ludwig Schauer/ *Oberſtad. Fr.* δ) *ſuamque annexuit orationem vltimam de ſtylo Graeco N. T. vna cum variarum linguarum metris,* Jo. Chriſtoph Leopold/ *Redwitzenſis. vid. progr. R. XXIX.*

III) d. 3. Febr. 1701. in Electionem novi Pontificis. α) *de Pontificatu maximo apud Hebraeos orationem habuit Lat.* Joh. Chriſtoph Sonntag/ *Oppurgo-Var.* β) *de Pontificatu maximo apud veteres Romanos,* Jacob Cantzler/ *Solisbaco-Palat.* γ) *de Pontificatu maximo apud modernos Romanenſes, additis Epigrammatibus Latino-Germanicis in huius ſeculi Pontifices,* Joh. Martin Feldhauß/ *Arnſtad. Thur. vid. progr. R. XXX.*

IV) Quartus actus praeſens eſt in *quinquennalem Ill. Gymnaſii fortunam.*

VII. Actus Valedictorii:

I) d. 12. Jun. 1700. Oratione publica *de hiſtoria Gleichbergenſi valedixit* Joh. Philipp Nothnagel/ *Gleichberg.* vid. *progr. R. XXVII.*

II) d. 30. Mart. 1700. Oratione Latina *de Obolo,* addita euchariſtia metri Germanici, valedixit Joh. Martin Feldhauß/ *Arnſtad. Thur.* vid. *progr. R. XXXI.*

III) d. 3. May. 1700. α) *Orat. Lat. de obedientia valedixit* Chriſtian Fritz/ *Schleuſingenſ.* β) *de religione aulica Herodis,* Joh. Ernſt Möller/ *Eisfeld.* γ) *de religione Gallionis, additis verſibus Latinis,* Joh. Melchior Albrecht/ *Albrecht.* δ) *de religione Medicorum,* Caſpar May/ *Miltzenſis. vid. progr. R. XXXIII.*

VIII. Specimina illa *oratoria menſtrua proſaica*, quae praeter hebdomadaria *a Rectore* diſponuntur, corriguntur, & in Actis ſeruantur, fuerunt: *1. Inventiones Thematum ex LL. Topicis, ſi injunctum fuerit habere orationem de Angelis 2. Epiſtolae Germanico-Latinae, quae Amico honorem Magiſtri gratulantur, per protaſes, meditationes & connexiones elaboratae.* 3. *Chria Aphthoniana Latina ex illo: Hic murus aheneus &c.* 4. *Oratiunculae Latino-Germanica, quae alias complimenta dicuntur.* 5. *Chria practica Latino-Graeco-Hebraea in theſin: Eloquentia ſine παιδολογίᾳ eſſe nequit. 6. Orat. Lat. de Angelis. 7. Parentatio Germanica, quae in funere Dn. ab Oſterhauſen haberi potuiſſet. 8. Epiſtolae Latino-Germ. Conſolatoriae. 11. Progymnaſma fabulae de cancro. 12. Oratio Panegyrica in obitum Sereniſſ. Principis, Sophiae Angelicae. 13. Variatio Latina illius: facilius eſt vituperare &c: per figuras dictionis, ſententiae & amplificat. 14. Parentatio Germanica, quae in funere Dn. a Marſchalck, Mareſchalli in Thuringia, haberi potuisſet. 15. Epiſtola conſolatoria Lat-Germ. ad Dn. ab Oſterhauſen, ſtylo ſententioſo & panegyrico. 16. Progymnaſma Narrationis Electionis Pontificalis. 17. Oratio de Natiuitate Chriſti Latino-Graeco-Hebraea. 18. Epiſtolae Germanico-Latinae, Officioſa, Euchariſtica & Gratulatoria. 19. Complimentum Germanico-Lat., quo Syllogiſmi oratorii ductu nouum annum felicem apprecatur Cliens. 20. Elaboratio Chriae Aphthonianae Latino-Germ. ex illo Iſocratis: Radices &c. 21. Orat. Lat. de paſſione Chriſti. 22. Epiſtolae Dehortatoria, Inuitatoria ad exequias, & deprecatoria, Germanico-Latinae. 23. Sermo ἀποβατικὸς a theſi ad hypoth. elaboratus. 24. Progymnaſma Gnomes ex illo Homeri: οὐκ ἀγαθὸν &c. 25. Epiſtolae Latino-Germ. Dedicatoria, Propemptica & Valedictoria. 26. Parentatio Latina, ductu trium Chriarum, in obitum B. Dietmari. 27. Progymnaſma Confutationis tripudii Solis Paſchalis. 28. Sermo propempticus nouus, orationi de obolo accommodatus. 29. Oratio Lat. de Reſurrectione Chriſti. 30. Epiſtolae familiares & commendatitiae Latino-Germanicae. 31. Oratio Lat. de Spiritu S. 32. Complimentum Germanicum, ſi quis muſicam nocturnalem Patrono commendare velit. 33. Chria Aphthoniana ex illo Virgilii: Labor improbus &c. 34. Verſio Euangelii Pentecoſtalis (1) ſtylo Ciceroniano (2) ſtylo Caeſaris (3) Stylo Virgilii &c.*

IX. Hujusmodi *ſpecimina poetica* menſtrua, quae praeter hebdomadaria à R. corriguntur & ſeruantur, fuerunt: 1. *Tria Carmina Genethliaca Latino-Germanica, in natiuitatem SER. PRINCIPIS. FRID. AVGVSTI, in hanc lucem editi d. 12 Aug. 1700. 2. Tres Ouidii Ep. VIII. L. I. de Ponto translationes in Gen. Heroicum. 3. Orationes metricae de Angelis, vna gen. Heroici, duae Elegiaci. 4. Inſcriptiones Latinae in Martinalia. 5. Epicedia Latino-Germanica prolixiora in obitum SEREN. PRINCIPIS SOPHIAE ANGELICAE, Duc. Sax. &c. 6. Inſcriptiones tres in Electionem Pontificis R. Latinae & Germanicae. 7. Vota ad Inuictiſſimum LEOPOLDVM pro felici exercitus abitu, & alio verſu, & Centonum ordine elaborata. 8. Tres Epodae Horatianae de Spiritu S. 9. Ecloga I. Virgilii tribus carminibus Germanicis tradita 10. Parodiae Horatianae &c.*

X. *Drama Latinum*, qvod *Elpidorus Cizenſis* inſcribitur, typisqve impreſſum eſt, d. 4. Apr. A. 1700. in natiuitatem ſupra dicti SER. PRINCIPIS, DN. FRID. AVGVSTI, in theatro ſpectandum exhibuit Rector *M. Ludouici.* Scriptum & huic fuit inuitationis loco programma, qvod in ordine eſt XXXII.

XI. d. 10. Febr. A. 1700. beate obiit *Dn. Io. Valentinus Dietmar, Colleg. Gymnaſ. infimus,* cui d. 14. Mart. a. e. ſucceſſit *Dn. Io.* Hannebaum/ *S. Th. Studioſ.*

XII. d. 21. Ian. 1700. ex *Legatis* ſuperius iam dum dictis noua diſtributione pauperiores ſuperiorum Claſſium alumni libros acceperunt pro LVII. flor.

XIII. Binae denuo *comoediae* praeſentatae fuerunt: (1) der keuſche Joſeph. (2) der abgeſtraffte Fiſchhändler Maſaniello: iisdemque more ſuo Rector *M. Ludouici* programma praemiſit.

XIV. Introducti ſunt in Gymnaſium alumni nouitii LXII. Valedixerunt publice ſolenni modo *ſupra citati*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id377144789/10
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG